



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini  
Nostri Iesv Christi Passione**

**Piatti, Domizio**

**Coloniae Agrippinae, 1610**

Prima Consideratio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49474)

CONSIDERATIO  
PRIMA, DE PERSONA  
QUAE PATITUR.



**C**LARAM & evidens est cum  
cumstantiam personae pluri-  
mum augere vel minuere eius  
quod agitur, aut sustinetur  
acerbitatem. Hinc namque est quod ho-  
mana leges in multis euentibus ad haec  
potissimum respicientes, multo seuerius  
puniunt iniurias Regi aut Principi, quam  
homini privato & humili irrogatas: sicut  
ut etiam maiori premio obsequia excel-  
lentis alicuius personae, Reipub. praestita  
quam eadem obsequia per aliam minori  
excellencia personam exhibita remune-  
rant. Quare non abs re facturi viden-  
mur, si & nos Christi patientis personam  
exacte consideremus, ut inde perspiciamus,  
quanta in aestimatione sacratissima  
Christi Passio nobis habenda sit,  
quamque infinita illi propter tormenta  
adeo grauia & acerba, nostra salutis cau-  
sa perlata, obligatione deuincti simus.  
Ceterum

Ceterum ut quam ordinatissime & distinctissime omnia à nobis proponantur: & Christianus Lector, qui præter Lectionem, etiam ad meditationem his discursibus uti volet, facilius id consequatur: distinguemus singula capita in aliquot puncta seu considerationes, prout materia postulabit: nec tamen propterea, à sine nobis præstituto, deviamus.

PERSONAM QUAE IN  
Christi Passione passa est, fuisse personam Verbi.

## CAPVT I.

CERTUM atque indubitatum est, per Incarnationis mysterium naturam diuinam & humanam hypostaticè ita inter sese vnitas fuisse, vt ambabus integris & perfectis in esse suo permanentibus, quemadmodum Concilia Ephesinum & Chalcedonense definiunt, & SS. Patres vnanimiter asseuerant: persona Verbi vtriusque fuerit suppositum, & per humanæ naturæ assumptionem præpediuerit, ne in illa resultaret suppositum vel persona creata. Per hanc autem vnionem harum duarum naturarum in vnica duntaxat persona verbi æterni, factum est (vti Sanctus Thomas & alij

In Christo fuit vtraque natura diuina & humana, quarum suppositum fuit Dei verbum.

3 p. 4. 10. art.  
4. 5.

Isa. 53.  
Viegas in  
Apoc. 6. 12.  
sect. 30.

Verba Dei  
passum fuit  
quatenus  
carni quæ  
patiebatur  
vnitum ex  
iti.

3 p. 4. 40.  
art. 12.

alij Theologi affirmant) vt verè  
possit patiente naturæ ei vnita, ipse  
verbi suppositum pati. Vnde vbi nos  
Isaia de Christi Seruatoris nostri Passio-  
ne loquente, legimus: *Percussum à Deo*  
Hæbræus legit; *Percussum DEVM*. Ex qua  
versione (quemadmodum Viegas in com-  
ment. in Apocalypsi prudenter notat) ma-  
nifesta redditur vtraque Christi natura  
diuina & humana: & ostenditur eum  
qui in vera humanitate patiebatur  
simul fuisse verum DEVM. Ac proinde  
de S. Cyrillus in Ephesina quadam synodo  
li, quæ scripta reperitur in primo concilio  
Ephesino, anathemate ferit eos, qui non  
confitentur verbum DEI passum & cru-  
cifixum fuisse, quatenus carnem sibi vnite-  
rat. *Si quis, inquit, non confitetur DEI verbum  
passum carne, & crucifixum carne, anathema  
sit.* Et D. Thomas affirmat Christi Passio-  
nem pertinere ad suppositum diuinæ na-  
turæ, hoc est, ad Verbum ipsum, propter  
naturam passibilem ei sociatam. *Pertinet,*  
*inquit, Passio Christi, ad suppositum di-  
uina natura ratione nature passibilis assum-  
pte: moxque subiungit Iudæos non me-  
rum purumque hominem in crucem egisse,  
sed manus DEO iniecisse. Non, ait, purum  
hominem crucifixerunt Iudæi, sed Deo intulerunt  
presumptione.*

Hoc



CONSIDERATIO I. 79

Hoc igitur supposito. PRIMò con- sidera, Christiane lector, cum qui pro- tui amore patitur, non esse vulgarem quemlibet hominem, sed Verbum æter- num, DEI filium, secundam in san- ctissima Trinitate personam, verum DEVM, natura sua felicissimum & im- passibilem.

I.  
Deus est qui  
pro nobis  
patitur.

SECUNdò expende tecum: Hunc, po- steaquam aduertit, propter altitudinem in qua degebat, *Altissimum posuisti refu- gium tuum*: non posse ad se malum ali- quod siue pœnam pertingere: *Non acce- det ad te malum, & flagellam non appropinqua- bit tabernaculo tuo*. se dimisisse: *Inclinauit calos, & descendit*, & hominem effectum esse, vt in natura hominis passibili, sustine- re posset, quo te ab æternis doloribus & tormentis, quæ sæpenuerò promeri- tus fuisti, liberaret. O solius summi & amantissimi DEI opus. Quis enim si- mul inter se res adeò diuersas quales sunt, Deus & Passio; vita & mors; sociare potuisset: nisi amor modum atque men- suram (vt ita loquar) tantæ misericordiæ suppeditasset?

II.  
Psal. 90.  
Ibid.  
Psal. 17.

TERTIÒ, intuere, quanta fuerit homi- num ingratitude, qui cum non igno- rarent diuinum hoc Verbum magna cum

III.  
Magna ho- minum in- grātudo.

cum animi voluptate humanam naturam  
assumpsisse, & habitatum inter homines  
concessisse: nam *delicia illius esse cum filiis*

*Prov. 8.*

*minum*; nihilo secius illum adeo male & iniuriosè tractarunt, ut pro voluptate & delitijs, quas ei offerre debuerant, acerbis eum tormentis & cruciatibus in humana natura affecerint, ut propterea meretur

*Iob. 15.*

S. Iob de homine dicat. *Tetēdit cōtra Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est*; id est; pro eo quod DEO humana carne vestito, obsequia præstare debuerat contra illam insolentem manum suam fariè atque immaniter sustulit. De qua insolentia & ingratitude benè conqueritur

*Isai 43.*

Isaias Propheta his verbis: *Servire me fecisti in peccatis tuis: prabuisisti mihi laborem in requiritatibus tuis*, quod perinde est ac si diceret: voluisset: pro eo quod mihi debueras blandiri, & demonstrare gratum tibi esse aduentum meum, ferre me fecisti gravissimum servitutis iugum; mihi que sceleribus tuis maximam molestiam, laborem & cruciatum attulisti.

IV.

QUARTO, adverte, quanta ex eo, quod DEVS pro te passus fuerit, in te redundat obligatio: si enim humanæ amicitiae iure nos ei, qui nostra causa insignem aliquam molestiam sustinet, obligatos esse probet: quanto strictior erit nodus illius obligatio

obligationis nodus, quo vnusquisque nostrum constringitur, dum intelligit, non purum hominem, sed DEVM ipsum, per se non leuia quaedam, sed acerbissima tormenta perpeti? Verum vt apertius & euidentius cognoscamus qualis sit persona Christi, pro nostri amore patientis: in sequentibus capitibus speciatim illius naturam, attributa, & excellentias, non tantum quatenus Deus, verum etiam quatenus homo est, considerabimus.

DE DIVINA CHRISTI PATIENTIS NATURA.

CAPVT II.

CVM in Christo quemadmodum precedenti capite diximus, duae inveniuntur naturae, vna diuina, altera humana, vt pius Dominicae Passionis contemplator, intimius penetrare queat immensam illius, qui patitur, maiestatem considerabit secum ambarum harum naturarum excellentias, & primum diuinam, quarum sex numerantur.

Diuinæ naturæ excellentiæ sunt sex.

I.

PRIMA igitur diuinæ Christi naturæ excellentia, quæ magnam nobis parere debet admirationem, est infinitas: quia esse illius est infinitum, de qua Regius Propheta ait: *Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.* Ex hac

Naturæ diuinæ est infinita. *Psal. 144.*

F

porro

porrò infinitate sit, vt insint ei non mo-  
omnia bona quæ in conditis naturis spe-  
sim reperiuntur, tanquam fonti & scatur-  
gini eorum: sed etiam alia infinita & in-  
prehensibilia bona quæ intellectus huma-  
nus quantauis etiam cælesti luce collustratus,  
si peruestigare tentet, offuscatur atque  
opprimitur à splendore & gloria ipsorum  
iuxta illud quod in Prouerbijs scriptum  
est. *Seruator Maiestatis opprimetur à gloria.*

Pro. 25.

II.

Est in mēsa.  
Job. 22.

Psal. 138.

SECUNDA excellentia est, Immensitas  
qua omnem locum occupat, & omnibus  
in rebus præsens est. Vnde Sanctus Iob ait  
*Excelsior calo est; & quid facies? Profun-  
dior inferno, & vnde cognosces? Longior ter-  
ramensura eius, & latior mari?* Et Prophe-  
ta David. *Quo, inquit, ibo à spiritu tuo, &  
quo à facie tua fugiam? si ascendero in caelum  
tu illic es: si descendero in infernum ades.*

Psal. 67.

NEC solum per esse suum immensum  
omnibus rebus præsens est: sed etiam per  
Regiam auctoritatem: quod sicut iusti  
& electis maximam adfert consolatio-  
nem: ita hostibus & inimicis ingentem  
incutit terrorem. Nam de his per Pro-  
phetam Davidem dicitur: *sicut defuit  
fumus, deficiant: sicut fuit cera à facie ignis,  
sic pereant peccatores à facie DEI.* De iu-  
stis verò & amicis DEI, mox subiun-  
gitur

igitur. iusti epulentur & exultent in conspectu  
DEI, & delectentur in laetitia.

TERTIA est, Altitudo siue sublimitas: III.

quæ DEO tam propria est, vt propterea Est altissi-  
ma.

in sacris literis nominetur *Altissimus*. Et Numb. 24.  
Deut. 32.

verò tam altus est per naturæ suæ ex- Iob. 31.

cellentiam, vt ne altissimi quidem cæ- Psal. 93.  
Eccles. 1.

lestium spirituum Chori, hoc est, Sera- Psal. 103.

phini, totis naturæ suæ viribus id conse- Eccles. 43.

qui valeant, vt oculos in illum possint

defigere, nisi supernaturali lumine, quod

Theologi *lumen gloriae* appellant, à DEO

donentur & illustrentur, quo roborati,

facie ad faciem intueri & contemplari

queant excellentiam & pulchritudi-

nem eius, de quo scriptum est: *Amictus* Psal. 103.

*lumine sicut vestimento*: & in Ecclesiastico: Eccles. 43.

*Pulchritudinem candoris eius admirabitur*

*oculus*. Altissimus etiam nuncupatur,

tum quia altissimis & nobilissimis totius

vniuersi creaturis, id est, Cherubinis insi-

det: iuxta illud Psalmistæ: *Qui sedes super* Psal. 79.

*Cherubim*: tum quia cælum sedes eius,

& terra scabellum pedum eius est: quem-

admodum apud Esaiam ait. *Cælum sedes* Isai. 66.

*mea, terra autem scabellum pedum meo-*

*rum*.

QVARTA est, Independentia: IV.

qua suprema hæc natura, à nulla alia Est indepē.  
dens.

re condita, omnes vero aliæ res conditæ

conditæ

1. Petri. 29.

conditæ ab ipsa dependent, quemadmodum aperte monstratur illis diuinarum literarum verbis. *Tua est Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria, & cetera. Cuncta enim, & quæ in celo sunt, & quæ in terra tua sunt: tuum Domine Regnum, & tu super omnes Principes.* Hinc S. Augustinus DE VM in omnibus spiritualibus & corporalibus creaturis quærens, tandem concludit illū esse omnium rerum animam, in qua nulla uiuit aut existit: ac proinde DEVM dici esse omnia omnibus, omnia in omnibus, & omnia in illo. Non quod ille creaturis subsit, sed quod illæ ab ipso intus dependeant, & ipse illas gubernet, atque conferuet: iuxta illud Psalmistæ: *Omnia te expectant, & tu das illis escam in tempore: dante de illis colliget, aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.*

Psal. 103.

## V.

Est in perfectionibus infinita.

Eccles. 13.

QUINTA sunt, Perfectiones diuinæ naturæ, quæ cum ipsæ innumeræ, tum varietate quæque illarum infinita est: vnde in Ecclesiastico legimus: *Quis inuestigabit magnitudinem eius? Virtutem autem magnitudinis eius quis enuntiabit?* DEVS enim non est instar rei alicuius fictæ aut inauratæ, quæ foris specus quidem pulchra & pretiosa esse videtur, sed intrinsecus inanis, terrea & vilis est: sed & totus perfectissimus, ad eod quicquid in illo est, DEVS sit, & quoniam

DEVS

DEVS infinitus est, omnia quę in illo sunt, infinita existant.

SIXTA est, Aeternitas : per quam nec vnquam habuit principium, nec villo æuo finem habiturus erit : quemadmodum de illo scriptum est. *Dominus regnabit in æternum & ultra.* Et regius Propheta David in psalmis confirmat. *Regnum tuum, inquit, regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem.* Natura diuina, quę in Christo, humanitati sociata est, semper præsentia habet, omnia bona, id est omnem fœlicitatem & gloriam, quę ex omni æternitate habuit, & habebit in omne æuum sine aliqua mutatione: nec fieri poterit, vt aliqua sit in mundo potentia, quę eam præpedire, vel vt finem seu terminum accipiat facere possit: quemadmodum Isaias testatur. *Deus, inquit sempiternus Dominus, qui creauit terminos terra, nõ deficiet, neque laborabit: nec est inuestigatio sapientia eius.*

VI.  
Est principij & finis ex-  
pers,  
Exod. 15.  
Psal. 144.

CÆTERVM vt imbecilli intelligentia nostra, quę tempus horis mensurare consuevit, melius comprehendamus quid sit æternitas, plurimum proderit CONSIDERARE, omnem aliam durationem, & tempus, etiam quod imaginatione fingi aut concipi potest maximum, nihil esse, si cum illa comparetur: & quemadmodum inter

Quid sit æternitas.

IV

Psal. 89.

finitum & infinitum nulla est proportio  
ita inter hæc nullam posse dare propor-  
tionem: hinc est quod sacrae literæ de  
æternitate loquentes, mille annos diei præ-  
teritæ comparant: iuxta illud Regij Pro-  
phetæ: *Mille anni ante oculos tuos tanquam  
dies hesternæ quæ præterijt.* Et tempus quæ-  
primi parentes nostri vixerunt, quod sex-  
nongentorum annorum, transitum, vani-  
bram, momentum appellant.

Rom. 11.

VERVM ne in hanc diuinitatis Christi  
abyssum, quæ inscrutabilis & incompre-  
hensibilis est, nimium progrediamur,  
pedem hic firmabimus: eamque his  
Sancti Pauli Apostoli verbis admirabi-  
mur, ac reuerenter adorabimus. *O altitudo  
diuinitarum sapientia & scientia Dei,  
quam incomprehensibilia sunt iudicia eius,  
& inuestigabiles viæ eius? Quis cognouit sen-  
sam Domini? aut quis consiliarius eius fuit,  
aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei  
quoniam ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt om-  
nia.* Quibus verbis Apostolus ostendit, al-  
titudinem diuinæ maiestatis esse adeo e-  
minentem, vt sine speciali Dei dono, &  
cælestis luminis illustratione, ne minima  
quidem parte intelligi aut penetrari que-  
at, quemadmodum in libro Sapientiæ e-  
docemur, vbi ita legimus: *Sensum autem  
tuum quis sciet: nisi tu dederis sapientiam, &*  
misericordiam

Sap. 9.

Deus est in-  
comprehensibilis.

*miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis.*

DE SUMMI SACERDOTIS  
& Pontificis in Christo dignitate.

CAPVT III.

**D**IGNITAS Pontificia & Sacerdotalis, est circumstantia quædam, personam, cui inest ad eam dignam constituens, & natura sua extollens, ut eam ab omni iniuriarum genere immunem reddat: iuxta illud DEi præceptum. *Nolite tangere Christos meos.* Quapropter ad demonstrandam Passionis Christi Domini & Seruatoris nostri grauitatem, omittenda nobis non erit excellentiæ ipsius, quoad hanc partem consideratio.

1. Paral. 16.

PRIMò igitur considerabimus, quantum habeamus obligationem agnoscendi & reuerendi Christum, uti verum & summum Pontificem nostrum: propter quod ait Sanctus Paulus Apostolus. *Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetrauit calos Iesum filium Dei, teneamus spei nostræ confessionem, id est, simus de nostræ spe securi.* Qui ad eandem quoque agnitionem inuitat nos alio loco dicens. *Considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum, quod perinde est ac si dixisset. Expondite vobiscum quanta sit*

I.  
Christus est  
summus Pontifex  
nostrus.

Heb. 4.

Ibid. 3.

F 4 excel-

excellencia, maiestas, magnificentia & sanctitas Apostoli & Pontificis confessione nostrę Christi IESU, quoniam sanctissimus, innocentissimus, omnis maculę expers, ab omni peccato alienissimus est, quemadmodum idem alibi testatur: inquit: *Talis enim decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus.*

Heb. 7.

II.

Christus est caput Ecclesię, & omnium Sacerdotum atque Pontificum.

SECUNDÒ considera hanc Sacerdotalem & Pontificalem Christi dignitatem, omnium aliorum Sacerdotum atque Pontificum dignitate superiorem esse, atque talem omninò, ut neminem agnoscat superiores præter summum atque sempiternum Deum; sed omnes illi subiecti sint, ut propterea dixerit Apostolus. *Excelsior cælis factus, dans nobis intelligere; sicut in rebus cõditis nihil altius atque sublimius est cælorum orbibus, ita nullum esse Sacerdotium seu Pontificatum, Christi Sacerdotio & Pontificatu maius & excellentius, utpote cuius auctoritas etiam supra cælos viget:*

Dignitas sacerdotalis superat Regiam.

QUOCIRCA si tanta cuiuslibet privati Sacerdotis dignitas est, ut affirmet Sanctus Chrysostomus eam Regia in terris potestate præcellentior esse (eò quòd Sacerdotes in terra quidem sint constituti, at sedem suam & thronum iudicalem in cælis habeant: iuxta illud Christi. *Quacunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis*)

Matth. 18.

quanta

CONSIDERATIO I. 89

quanta debet esse hac in parte, dignitas Christi, qui non est Sacerdos instar aliorum quorumlibet vulgarium sacerdotum, sed primus & supremus omnium, à quo non ceteri tantum sacerdotes, sed etiam summus illius in terris Vicarius, suam accipiunt splendorem & auctoritatem, quemadmodum testatur Apostolus dicens: *Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam.*

*Ephef. 1.*

TERTIO considera: Dignitatis huius Sacerdotalis in Christo excellentiam demonstrare, officium propter quod institutum fuit, quod S. Paulus Apostolus indicat dicens: *Omni Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, que sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis.* Est igitur dignitas hæc talis, ut hominem aptum atque idoneum efficiat, qui immediate cum immensa Dei maiestate, ad quam vix aliquis audet appropinquare, agat, eumque peccatis hominum propitiet.

III.

Officium Sacerdotis quale sit.

*Heb. 5.*

QUARTO expendite tecum: hunc Christi Pontificatum non fuisse temporaneum, ita ut aliando finem habiturus esset, sed æternum, qui nullo unquam tuo terminaretur, iuxta illud quod Regius Propheta de ipso affirmat inquit: *Tu es sacerdos in æternam, secundum ordinem Melchisedech.* Et S. Paulus Apostolus, qui de Sacerdotij &

IV.

Sacerdotium Christi est æternum.

*Psal. 109.*

Heb. 7.

Pontificatus Christi duratione loquitur ait: Hic autem eo quod maneat in aeternum sempiternum habet sacerdotium, unde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum: semper uiuens ad interpellandum pro nobis: quibus uerbis euidenter ostenditur Christi sacerdotium esse aeternum: adeoque illum sempiterno tempore nos saluare posse, dum assiduò pro nobis apud Patrem intercedit.

3. P. 4. 22. ill. 3.

V.

Sacerdotium Christi nobis est utilissimum.

NEQUE solum illius sacerdotium est aeternum quoad dignitatem, uerum etiam quoad affectum, uti notat Dicitur Thomas: quia gratia & gloria iustorum, quae fuit unum ex Sacerdotij Christi effectibus, in omnem aeternitatem duratura est. QUINTO considera utilitatem inestimabilem, quam ex hoc Christi sacerdotio tulit humanum genus: nunquam enim fuit Sacerdos aut Sacerdotium aliquod tantum utile hominibus, uti Sacerdotium Christi: quandoquidem terminauit & decidit proprijs expensis, ingentem illam litem & inimicitias, quae tot saeculis inter Deum & hominem durauerant. Unde non immerito Sanctus Paulus ait: ipse est pax nostra qui fecit utraque unum. Ille caelestibus benedictionibus refertus impetrauit hominibus, portarum caelestis regni reuerationem, idque non aliter, quam semetipsum Deo Patri

ap. heb. 2.

CONSIDERATIO I. 91

Patri pro nobis hostiam puram & immaculatam offerendo, de quo ex intimo animi affectu gratias ei agit Sanctus Augustinus his verbis: *Tu sacerdos, tu victima, tu oblator, tu oblatio.*

D. August. in  
Psalm. 64.

VI.

Sacerdotiū  
Christi mū.  
dat nos à  
peccatis.

SEXTO, reuolue tecum: sacerdotium Christi, quantum in ipso est, perfectè atq; integrè ab omnibus peccati maculis nos emundare, quemadmodum manifestè eruitur ex illis S. Pauli verbis, quando dicit, Christi summi Sacerdotis nostri, qui seipsum purum & immaculatum DEO Patri obtulit, sanguinem, conscientias nostras ab operibus mortuis emundare, ut possimus veri serui esse DEI viuentis in secula seculorum: *Sanguis, inquit, Christi, qui per spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti.*

Heb. 9.

Ex iam dictis clarè perspicitur, quanto perè fuerit aggrauata Christi Domini & Seruatoris nostri Passio, per hanc circumstantiã, propter quã nõ modo ab omni pena & iniuria exẽptus ac liber esse debuerat, sed etiã omni respectu & reuerentia, omni subiectione atq; submissione possibili dignus erat. Patet præterea quãta fuerit hominũ ingratitudo erga Pontificẽ tã liberalẽ & beneficũ, qui tã multa & eximia illis dona  
à Deo

à Deo impetrauerat. Ex quibus conijci  
quantoperè illi obligatus sis: quantum  
lum amare ac reuereri, quantaque cum  
ducia ad illum veluti ad supremum Pater  
rem tuum in omnibus euentibus confu  
re debeas.

DE DIGNITATE REGIAE  
Christi.

CAPVT IV.

**N**ON deest in Christo Regia quoque  
dignitas, vt nec propter illius deb  
fectum, Passionis eius grauitas aliquatè  
minueretur.

**I.** PRIMÒ igitur considera: Dominum qu  
tua causa acerbissima isthæc tormenta pa  
titur, non esse humilis & abiectæ conditio  
nis hominem, sed Regia dignitate insigni  
Regemque maximum non modò quate  
nus Deus est, eatenus enim in sacris literis  
appellatur, *Rex Regum & Dominus Dominorum*  
*tuum*: sed etiam quatenus homo: eatenus  
namque Dauid de illo loquens affirmat il  
lum esse Regem in Syon constitutum: *Con*  
*stitutus*, inquit, *sus Rex ab eo super Syon mor*  
*sem sanctum eius*. quod etiam alia etiam qui  
plura diuinarum literarum testimonia,  
quæ commemorare non attinet, confir  
mant.

*Christus est  
Rex quate  
nus Deus &  
quatenus  
homo.*

*Apoc. 19.*

*Psal. 2.*

**II.** SECUNDÒ considera: propter Regiam  
hant

CONSIDERATIO I. 93

hanc dignitatem, Christum habuisse & habere supremum atque eminentissimum in omnes res cōditas, & in omnes hominū atque Angelorum actiones dominium. Vnde S. Ioannes in Apocalypsi appellat eum *Principem Regum terra*: moxque subiungit, eum in vestimento & femore suo id est (vti Glossa & alij commentatores explicant) in humanitate sua scriptum habere: *Rex Regum & Dominus Dominantium.*

Apoc. 2.  
Ibid. 19.

**TERTIO** perpende tecum: Christū semper habuisse hanc Regiam dignitatem, non primum post mortem obitam illam accepisse: vt parum piē nonnulli volunt, persuasi nimirum illa Christi sententia, quando apud Matthæum, post Resurrectionem suam ad discipulos ait: *Data est mihi omnis potestas in celo & in terra*: cum ibi non affirmet, se prius illa potestate caruisse, sed tantummodo verum ostendat se illam habere. Habuit ergo Regiam hanc dignitatem, etiam priusquam mortem pro hominibus oppeteret: hinc enim est quod de illo ad Passionem abeunte, S. Ioannes ait: *Sciens, quia Pater dedit ei omnia in manus.*

**III.**  
Christus etiam ante mortem habuit Regiæ dignitatem.  
Matth. 28.  
Ioan. 13.

**QUARTO** reuolue tecum: Christum nō modo esse potentissimum, omnium rerum quouis modò conditarum, Regē: sed etiā quandam illi inesse conditione, quæ illum multò gloriosiore, quam alium quemlibet

**IV.**

Christus  
Specialim  
est Rex iu-  
storum.

*Psal. 109.*

*1. Pet. 2.*

*S. Basl. lib.*

*2. de Baptis.*

*S. Amb. lib.*

*4. de sacra.*

*D. August. l.*

*20. de ciuit.*

*Dei.*

*Apoc. 4.*

*Exod. 19.*

94 DE PASSIONE CHRISTI

libet Regem faciat. Quamuis enim sit D  
minus & Rex omnium, attamen special  
est Rex bonorum atque iustorum, qui  
gēs generosa, sancta, & electa. Vnde vbi  
legimus: *Tecum principium in die virtutis*  
secundū aliam personem legitur: *Tuus pop  
lus Princeps in die virtutis tua.* id est, populi  
tuus & illi supra quos specialius regnatur  
es, erunt illustres Principes in die potest  
tis tuæ. Idem probatur ex illa S. Petri auct  
ritate quando ait. *Vos autem genus electū, ro  
gale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisi  
onis: vbi in verbis illis vos autem, distingu  
probos & fideles ab improbis & infide  
bus: quasi diceret. At vos quicumque ve  
ram fidem tenetis, iustitiamque & piet  
tem sectamini, estis generatio sancta &  
electa: subiungens verò: *Regale Sacerdo  
tium, ostēdit Regnum & Sacerdotium spi  
rituale, quod omnibus fidelibus qui sunt  
Reges & Sacerdotes, pulchrè conuenit. Re  
ges sunt: quia seruire Deo regnare est: Sacer  
dotes sunt spirituali sensu: quia offerunt  
Deo spiritualia orationum & bonorū ope  
rum sacrificia: quemadmodū declarat id  
Apost. dicens: *Offerentes spirituales hostias.*  
Vnde in Apoc. omnium electorū nomine di  
citur. *Fecisti nos Deo nostro Regnū & Sacerdo  
tes.* Et Moyses in Exod. vniuersū Iudaicum  
populū appellat, Regnū sacerdotale, & ge-**



tem sanctam. Addit deinde S. Petrus & ait: *Gens sancta, & populus acquisitionis*: quia uniuersus Christianus populus est gens baptismo sanctificata, & preciofo Christi sanguine acquisita.

QVINTO excellentiam Regiæ dignitatis Christi præter sacerdotale figuratam fuisse in duabus illis coronis aurea & argentea, quibus redimitu fuit caput Iesu filij Iosedech Sacerdotis magni: de quibus ita inquit Zacharias Propheta. *Sumes aurum & argentum, & facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedech Sacerdotis magni*: quæ figura pluritate coronarum, Imperij Christi excellentiam, & Regni eius gloriam demonstrat.

V.  
Figura regni Christi.

SIXTO: Christi regnū non esse temporaneū, id est mutationibus temporum subiectū, qualia esse solent aliorum Regū dominia: sed æternum, perpetuum, ac stabile: quæadmodum Angelus Mariæ, cum magnus hic Rex carnem ex ea sumpturus esset, prædixit. *Hic erit magnus, inquit, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus, sedem David Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius non erit finis.* An Exod. 15. quodq; asseritur Dominū hūc in omne æuū esse regnaturū: *Dominus regnabit in æternū & ultra.* Idē affirmat Regius propheta David, inquit, *regnum tuū, regnū omnium saculorum*

VI.  
Regnum Christi est æternum.

Luc. 1.  
Exod. 15.  
Psal. 144.

seculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem.

## VII.

Regnum  
Christi ad  
subditorum  
suorum uti-  
litatē dire-  
ctum fuit.

Isai. 4.

Iean. 17.

SEPTIMÒ & postremò considera-  
tò maiorem fuisse hominum maliti-  
am quod Personam adeo insignem & pre-  
lentem, Regemque adeo gloriosum, im-  
pudicè tractauerint, quanto clarius per-  
ciebant, aut certè agnoscere debebant,  
quod illum ordinasse & direxisse totum Regnum  
suum ad nostram utilitatem: namque pro-  
pterea Christus Dominus in sacris literis  
sepe numero appellatur germen & fructus  
terre. *In die illa erit germen Domini  
magnificentia & fructus terra sublimis:* quod  
sicut fructus propter semetipsum non cre-  
scit, sed propter decerpentem, atque il-  
lum fruentem. Ita Christus excellentias & di-  
gnitates suas non ad suum commodum  
sed ad electorum suorum utilitatem in-  
flexit; hinc enim est quod apud Ioannem  
ait: *Ego pro eis sanctifico meipsum.* Ex omni-  
bus his quam fieri potest, clarissimè cog-  
noscere satages, quis ille sit, qui pro te pati  
tur, & quam arcta sit obligatio tua, qua ipse  
deuinctus es.

## DE CHRISTI POTENTIA

## CAPVT V.

CIRCUMSTANTIA potentie, est quod  
que vna ex conditionibus, quæ con-  
sideranda

Consideratione dignæ sunt, In persona quæ aliquid agit aut patitur: adeoque opus ipsum vel aggrauat, vel imminuit. Et quamuis ex ijs quæ præcedenti capite dicta sunt, satis intelligi posse videatur, qualis fuerit Christi potestas: attamen volo eam à nobis aliquantò specialius expendi & ponderari: nam ex se speciali examinatione atque perpenditione dignissima est.

Que confideranda sint circa Christi potestatem.

PRIMÒ igitur considera: Christum Dominum & Liberatorem nostrum, quatenus DEVS erat, fuisse omnipotentem: id est, potuisse & posse facere omnia, quæ fieri possunt: ea autem nullo queunt numero definiri: nec in ijs efficiendis vnquam fatigari, nec eorum quæ facit, multitudine potestatem illius aliquo modo exhauriri aut imminui: nec dependere ab instrumento vel adiutorio aliquo, nec à tempore, nec à materia: quia potest facere omnia quæ vult in instanti, & potest creare omnia ex nihilo. Vnde de illo quatenus DEVS, ille Exodi locus intelligendus est, vbi Moyses ait. *Isse Deus meus & glorificabo illum: omnipotens nomen eius.*

I. Christus quatenus Deus fuit omnipotens.

Exod. 15.

SECUNDÒ expende: Humanitati quidem Christi non fuisse communicatam DEI omnipotentiam, quia hæc diuinæ naturæ propria est: vti notat S. Thomas: attamen eam quatenus sociata erat verbo di-

II. 3. p. quest. 13 art. 1.

G uino

Christum  
etiam qua-  
tenus homo  
erat fuisse  
potentissi-  
mum.

*Ephes. 1.*

uino, & illius instrumentum, fuisse pot-  
tissimam, & habuisse virtutem, perficere  
di omnem transmutationem & conuer-  
onem miraculosam in omnes creaturas  
quæ necessaria esset vel ordinari possent  
finem Incarnationis & nostræ Redemp-  
onis: Vnde Sanctus Paulus affirmat De-  
um, in Christo, cuncta quæ in cælo & in  
terra deerant, instaurare decreuisse: *Pro-*  
*posuit inquit, in dispensatione plenitudinis*  
*temporum instaurare omnia in Christo, quæ in*  
*cælo & in terra sunt.*

III.

Christi po-  
tentia elu-  
cet ex mira-  
culis ab ipso  
editis.

TERTIÒ, Intuere qualia & quanta  
fuerint miranda illa opera quæ Christo  
edidit, dum inter homines vixit: videlicet,  
mortuorum resuscitatio, cæcorum  
illuminatio, in mutis linguæ resolutio  
in surdis auditus reformatio: in claudis  
gressuum redintegratio: infirmitatum di-  
nique quarumcunque curatio, aliaq; innu-  
mera: & cognosces, qualis & quanta fue-  
rit illius potentia, de qua Euāgelista Mat-  
theus inquit, eam hominibus illius sæculi  
tantam admirationem commouisse, ut  
DEVM, qui tali potestate homines donat  
set, laudarent. *Homines glorificauerunt Deum,*  
*qui dedit potestatem talem hominibus.*

*Matth. 9.*

IV.

Christus  
obtinuit  
quæcunque  
voluit.

QUARTÒ considera, Christum propter  
immensam hanc potentiam suam, nunquam  
voluisse aliquid efficaciter, quod simul nõ  
fieret:

fieret: vnde S. Augustinus affirmat fieri nō posse, vt Christi voluntas non perficiatur: imō nec illum posse aliquid velle, quod sciat implendum non esse. *Impossibile est, inquit, vt Saluatoris voluntas non impleatur: nec testam. 9. 77. potest velle quod scit fieri non debere.*

QUINTO expende tecum: potestatem patrandorum miraculorum non fuisse ita in Christo, quemadmodum in alijs sanctis & Prophetis, quoniam non fuit in eo veluti transitura, sed vt esset permanens, atq; in modum habitus, quoniā poterat ea vti quando & quantum volebat: ac proinde leprosus ille apud Matthæum rectè his eum verbis compellauit: *Domine si vis potes me mundare*: cui Dominus statim humanissimè respondit: *Volo mundare*, & è vestigio à fœda lepræ contagione curatus est. Similè in Lazari resuscitatione potentiam ostēdit. Ratio huius rei clara & euidēs est, quia (quæadmodum Doctores aduertunt) potentia hæc fuit humanitati Christi collata, veluti proprietas quædā vnioni illius cū verbo congruens & debita: hæc autē vnio cū sit permanens, potentia quoq; ab illa prodeuntē, talem esse necessarium erat.

SIXTO reuolue tecū: Hanc humanitatis Christi potentia æterno tēpore duraturam esse: quia non tantum ante suam in cælo Ascensionem in miraculis supra naturæ

Lib. 9. 77.

V.

Potestatem miraculorum patrandorum in Christo fuisse permanentem.

Matth. 8.

VI.

Potestatem Christi esse æternam.

3. p. 4. 52.  
art. 2.Christus in  
caelis efficit  
& cōseruat  
lumen glo-  
riæ.Tract. 19  
26. in Ioan.  
3. p. 4. 56.

Ioan. 5.

## VII.

vim atque ordinem efficiendis ea vsus fu-  
verum etiã (sicut plurimi cum D. Thoma  
non improbabiler sentiunt) modò in  
lis, lumen gloriæ, per quod Beatorum  
mæ DEVM intuentur, eadem potentia  
manitatis Christi efficitur & cōseruatur.  
Quin & alij cum S. August. & D. Thoma  
volunt, vniuersalem omnium hominum  
resurrectionem eadem potentia absolutam  
esse, vt propterea rectissimè illi con-  
uenire videatur, quod de semetipso apud  
Ioannem ait. *Sicut Pater suscitatur mortuos  
uiuificat; sic & filius hominis quos vult viuificat.*

SEPTIMÒ & vltimo considera, Christi  
propterea quod adeò potens esset, facili-  
mè ex hostium manibus elabi potuisse, se-  
tua causa maluisse ab eis comprehendì, vin-  
ciri, iniurijs & verberibus onerari, & tan-  
dem in crucem agi: vt tantò maiori obli-  
gationis vinculo ei astrictus maneres, &  
passionem illius tantò maiori in æstima-  
one ac honore haberès.

## DE CHRISTI SANCTITATE

## CAPVT VI.

**E**A est nostrorum temporum condi-  
tio, vt homines iustos & sanctos, non  
modò non ceseamus ab omni pœna & per-  
pessione exemptos esse, sed potius eos  
qui iustitia & vitæ sanctimonia insignes  
sunt, præ alijs durius affligamus, & acer-  
buis

CONSIDERATIO I. 101

bis persequamur: quod profectò fieri <sup>viri sancti</sup>  
 æquum non est: quia viri iusti & sancti <sup>ab omni in-</sup>  
 propter amicitiam & familiaritatem DEI <sup>iuria immu-</sup>  
 qua gaudent, à nemine vel minima mole- <sup>nes esse de-</sup>  
 stia affici deberent, quemadmodum nemo <sup>berent.</sup>  
 aliquem ex Principis vel Regis sui dome-  
 sticis atque intimis familiaribus ledere aut  
 iniuria aliqua afficere audeat. Quod cum  
 ita sit, non oscitanti nobis consideratione  
 prætereundum est, qualis & quanta sit  
 Christi Redemptoris nostri sanctitas, vt  
 hinc quoque Passionis eius grauitas atque  
 acerbitas cognoscatur.

PRIMò igitur considerandum nobis est,  
 maximam fuisse Christi sanctitatem, quæ <sup>I.</sup>  
 tam clara & manifesta est, vt ex plurimis <sup>Quid sit esse</sup>  
 indicijs euidenter possit intelligi. Primum <sup>sanctum.</sup>  
 namque si sanctus est, qui secundum præ-  
 sentem iustitiam à DEO amore supernatu-  
 rali, id est, ad communicationem bono-  
 rum supernaturalium ordinato, diligitur:  
 nemo illo sanctior, quia nemo à DEO ar-  
 dentius amatur. Deinde si sanctus est, qui  
 nulla neque mortalis, neque venialis pec- <sup>Nemo san-</sup>  
 ccati labe maculatus est, nemo illo sanctior, <sup>ctior Chri-</sup>  
 qui non modò nullum vnquam scelus ad- <sup>sto.</sup>  
 misit, iuxta illud quod ipsemet, inimicos  
 suos huius rei iudices constituens, apud  
 Ioannem ait. *Quis ex vobis arguet me de pec-* <sup>Ioan. 8.</sup>  
*cato? nec admittere potuit.* Postremò, si

sanctus est, qui omnes animæ suæ potestias rectè constitutas, dispositas, & ordinatas habet ad vltimum finem suum videlicet DEVM, nemo illi in sanctimonia & virtute perfectione æquiparandus est, quia nemo eas illo habuit ordinatiores.

II.

Christus fuit sanctus ab instanti conceptione in utero matris suæ. Rom. 2. sup. missus est. Jo. 10.

SECUNDO expende tecum, eximiam huiusmodi Christi sanctitatem, iam inde ab instanti conceptionis eius exordium sumpsisse, & propterea Angelus ad Beatiss. virginem MARIAM vti S. Bernardus notat, rectè dixerit, filium ex ea nasciturum sanctum appellandum esse. Quod ex te nascetur sanctus vocabitur filius Dei. Et ipsemet de se apud Ioannem affirmet, quod à Patre sanctificatus & in mundum missus fuerit: Què Patet sanctificauit, & misit in mundum: nullam inter sanctificationem & missionem facit differentiam, eò quod eodem tempore perfecta fuissent.

Joan. 10.

III.

In Christo fuit vera plenitudo gratiæ. 1. Jo. 1.

TERTIO reuolue tecum: Christi sanctitatem non fuisse similem aliorum sanctorum sanctimoniam, sed longè maiorem & excellentiorem: quoniam in eo solo fuit vera plenitudo gratiæ, vti S. Paulus ait: In eo completam omnem plenitudinem habitare, ut sit ipse in omnibus primatum tenens. Quod etiam S. Ioannes Euangelist. his verbis confirmat. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre plenum gratia & veritate. Alij sancti recipiunt

Joan. 1.

epiunt gratiam ad mensuram, ac proinde certo quodam modo & mensura grati sunt: at non ita Christus, qui de semetipso apud Ioannem loquens, ait: *Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum.* Quibus verbis innuit: alijs quidē Sanctis spiritum à Deo certa mensura donari: sibi verò, qui filius esset, dari sine mensura: ideoq; sanctitatem suam infinitè maiorem esse omnium sanctorum sanctimonia.

In Christo fuit gratia sine mensura.

Ioan. 3o

QUARTO considera, sanctitatē hanc in Christo esse proprietatem quandam ei cō-naturalē in vnione hypostatica: ex quo sequitur eam quodammodo naturalem esse Christo, vti S. August. affirmat: in quo etiā sanctimonia eius aliorum sanctorū sanctimonia superat, qui eā non habent tanquam sibi propriā, sed velut aduentitiā, & multis laboribus atque sudoribus acquiritam, nec minoribus molestijs conseruatā. Hinc est quod S. Cyril. inter Christi & aliorum sanctorum sanctimoniā eandem assignat differentiam, dicens: *Christus habuit hæc charismata Spiritus sancti, non ad modum aliorū hominū aduentitia, sed vt sua & propria.*

IV. Sanctitas est Christo connaturalis.

Ench. 6. 40.

In c. 11. Esal.

QUINTO, expendetecū, talem & tantam fuisse hanc Christi sanctitatem, vt omnes sancti qui fuerunt ante & post aduentum eius, ab illo suam acceperint sanctimoniam, & per illum sancti & perfecti fuerint:

V. Sancti omnes à Christo suā acceperunt sanctitatē.

Ser. 2. cont.  
Arian.

1. Ioan. 2.

Ioan. 1.

quemadmodum rectè docet S. Athanasius  
dicens: *Ex eo quod Christus ut homo, carnem  
et vitam Spiritus sancti accepit: factum est ut  
illam, ex plenitudine demanantem, accepit  
mus.* Et apertius S. Ioannes, cum ait. *Sed ut  
unctionem, id est sanctitatem, habetis à sancto  
id est à Christo, qui per antonomasiam  
Sanctus Sanctorum appellatur.* Quapropter  
si sanctus esse, & de plenitudine eius accipi-  
cupis: opus est, ut ei te adiungas.

Cum ergo tanta fuerit Christi sanctitas  
hinc animaduerte, quàm acerba & graui-  
fuerit ipsius perpeſſio: eò quod, cum omnia  
potius bonum mereretur propter suam in-  
signem sanctimoniam, tot eum mala, tum  
potissimum causa, occupauerint.

INTVERE præterea quanta fuerit ho-  
minum ingratitude, qui cum à Christo  
tam eximia meritorum & gratiarum aug-  
menta perciperent, pro honore quo eum  
afficere debuerant, contumelias, pro blan-  
ditijs, irrisiones, pro voluptatibus, tormen-  
ta ei rependerunt, ac denique illum à quo  
æternam vitam acceperant, iuxta illud Chris-  
ti apud Ioannem dicentis: *Ego veni ut  
vitam habeant, & abundantius habe-  
ant: morte ignominiosissi-  
ma sustulerunt.*

Ioan. 10.

CONSIDERATIO I. 105  
DE SVMMA CHRISTI  
bonitate.

CAPVT VII.

QVANTVM VNUM idemque esse vi-  
deantur bonitas & sanctitas, ac pro-  
inde superfluum, diuersis de vtraque capi-  
tibus differere: attamen partim, quia inter  
se plurimum differunt: partim, quia nihil  
bonitati magis aduersum est, quam odio  
haberi: nolui bonitatis considerationem  
in Christo præterire, vt ex ea tantò clarius  
atque perfectius intelligeretur Passio-  
nis Christi Domini & Redemptoris grauitas  
atque acerbitas: quantò apertius cognos-  
ceretur ingens illorum scelus & iniuria,  
qui, quem propter bonitatem suam dilige-  
re debuerant, capitali odio maxima cum  
rabie, persecuti sunt, crudelemque in mo-  
dum tormentis immanissimis excarnifi-  
carunt.

Bonitas de-  
bet amari.

PRIMò igitur consideremus, qualis &  
quanta sit Christi bonitas, quatenus DEVS  
est: tanta nimirum, vt per illam liberalissi-  
mè omnibus creaturis se communicet, do-  
nando illis non tantum esse, verumetiam  
pulchritudinem & virtutem quã pollent,  
per omnia se diffundendo, omnibusque  
ita beneficiendo, vt nunquam innumera  
etiam in hostes suos benefacta congeren-

I.  
Quanta sit  
Christi bo-  
nitas qua-  
tenus Deus  
est.

G 5 do

Matth. 5.

do fatigetur: nam idcirco scriptum est  
*Qui solem suam oriri facit super bonos & malos:* adeo ut propterea sit ab omnibus creaturis, non modo quæ sunt, verum etiã quæ existere possunt, summè amabilis: omniumque ad se corda attrahat, omnem captuando voluntatem: vnà cum alijs innumeris excellentijs, quæ recenseri nequeunt.

## II.

3 p. q. 1. art.

1. Dionys.

cap. 4. de

diuin. nominib.

Quanta sit  
 Christi bonitas  
 quæscit homo.

SECUNDO intueamur, qualis fuerit Christi bonitas quatenus homo erat: Et nim si propriũ bonitatis est seipsum communicare, vt S. Thom. & Dionys. Arcepag. testantur, dicendo. *Pertinet ad rationem boni, vt se alijs communicet:* Et si ex effectu bus cognosci potest qualis sit causa; cum Christus Seruator noster semetipsum quantum homo, omnibus hominibus quantum in se fuit, tam liberaliter ac prodigè communicauerit, vt propter illos omnem sanguinem suum ad vltimam vique guttam profuderit, ac semetipsum eis in sacramento altaris, in quo se totum, nullam sui partem reseruando, communicat, in perpetuum vsum reliquerit: ac demum alijs modis innumeris, in creaturas cum ineffabilibus bonis, quemadmodum vitis in palmites, sese extenderit ac dilatauerit: vt propterea de seipso rectè dicat: *Ego sum vitis: facilè quam inges & immensa sit illius bonitas cognoscitur.*

Ioh. 15.

TERTIO

TERTIO considera, qualis sit Christi bonitas, non modò quoad effectum, quo hominibus se liberalissimè cōmunicavit, sed etiam quoad desiderium, quo semper id facere concupiuit: quod apertè monstravit in verbis illis, quando discipulos in nouissima cœna extremum alloquens, ait: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum*: quod perinde est ac si dixisset. Ingēti flagro & hactenus semper flagraui desiderio, manducandi vobiscum hoc Pascha, quoderit passionis meæ præiua quædam refectio, calicis signum, & patiēdi principium. Neque hoc desiderium extingui, aut aliquo modo refrigerari potuit, ex præuisione acerbissimorum tormentorum, iniuriarum, & malorum quæ passurus erat.

Christo sūmo desiderio arsit, cōmunicandi se hominibus.

QUARTO expendite tecum: Si natura boni est amari: & tantò aliquid amabilius est quantò melius, iuxta illud: *Amabile bonum*: & definitionem boni, quam adfert Arist. *Bonum est quod omnia appetunt*. cum nihil sit melius Christo, ex consequenti, nihil dignius erit Christo, quod ametur. Rectè igitur de illo Pater cœlestis. *Hic est filius meus dilectus*: Et propheta: *Veniet desideratus cunctis gentibus*: Et sponsa, quæ prudenter appellat eum finem & obiectum omnium desideriorum. *Totus desiderabilis*.

IV. Natura boni est amari. In libro Ethic.

Math. 3. Agg. 2.

Cant. 5.

QUINTO

V.

Bonitas eū  
cui inest li-  
beralem ef-  
ficat.  
Lib. 1. cont.  
gent cap. 23.

QUINTÒ reuolue tecum : si bonitas  
quem possederit, efficit liberalem & (ut  
loquar) prodigum: teste D. Thoma dice-  
te. *Liberalitas est virtus maximè propria ea-  
qui bonus est* : cum Christus adeo libera-  
fuerit in nos, ut nihil reliquerit, quod no-  
bis nõ donauerit: nec quicquam boni ve-  
pulchri nobis in sit, quod ab illo & per il-  
lum non acceperimus & impetrauerimus  
necessarium est interminatam esse illius  
bonitatem, ipsumque summè bonum.

VI.

Qui bonus  
esse cupit  
adiungat se  
Christo.

Ibrev. 3.

SEXTÒ considera: si bonitatis adipe-  
cendæ cupiditate flagras, necessarium est  
se, ut Christo te socias: quia cum ille sit  
summè bonus, agendo & conuersando  
cum illo, non poteris non particeps fieri  
bonitatis illius: idcirco illud quod in Je-  
remia de Deo dicitur: *Bonus est Dominus  
sperantibus in eum, anima querenti illum*: mi-  
hi optimè & conuenientissimè in Christo  
Seruatorem nostrum quadrare videtur,  
quoniam ille benefacit, benè vult, & bo-  
na reddit sperantibus in se, sibi appropin-  
quantibus, & se toto corde quærentibus.

VII.

CONSIDERA denique, quanta fuerit  
hominum malitia, qui bonum adeo exi-  
mium, & bonitatem admirandam atque  
obstupendam, quam diligere debuerant,  
non modò non dilexerunt, sed etiam o-  
dio habuerunt, persecuti sunt, in crucem  
egerunt

egerunt, & quantum in ipsis fuit, extinxe-  
runt. Et gratias ei ex intimo animi affectu  
persolue, qui propter immensam bonita-  
tem suam ea quæ passus est, sustinere vo-  
luit: cum propter eam ab omni potius pe-  
na & cruciatu exemptus esse debuerit.

DE CHRISTI SAPIENTIA.  
CAPVT VIII.

SAPIENTIAE donum non modò quã-  
do eminenter homini inest, sed etiam  
quando mediocritatem aliquo modo ex-  
cedit, tam dignam & honorabilem efficit  
personam cui inest, vt, etiamsi propter iu-  
stissimas causas mortem aut aliud graue  
supplicium commerita fuisset, propter  
hunc tamen sapientiæ titulum, alijs  
etiam omnino deficientibus, ab illo exi-  
mi mereretur. Nam propterea magnus  
ille belli dux Marcellus, cum post longam  
obsidionem, & cruenta certamina ciuita-  
tem Syracusanorum occupasset, militibus  
præcepit, vt in omnes illius habitatores  
gladio desæuirent, tantummodo cauerêt,  
ne Archimedi Mathematico aliqua in re  
molesti essent: non enim decere virum in  
mathematicis scientijs eruditissimum vi-  
olenta morte periri. In multis præterea  
florentissimis Rebus publicis leges quæ-  
dam vigent, quibus ludicibus præcipitur,  
vt illis,

Sapientibus  
nonnunquã  
propter sci-  
entiã mor-  
tis supplicium  
quod pro-  
mererentur  
cõdonatur.

110 DE PASSIONE CHRISTI

*L. ad heffias  
f. de pen.*

vt illis, qui in scientijs excellunt, & Rebo-  
pub. propter insignē eruditionē suam or-  
namento sunt, etiamsi forent rei crimini  
læsæ maiestatis, vitā condonent. Vt hico  
uidenter satis pateat, quantoperē ex his  
quoq; parte aucta fuerit grauitas Passioni  
Christi, cuius scientia & sapientia, nō mo-  
dò ei adedē eminenter inerat, vt illū ab  
omni pœna & supplicio immunē, sed etiam  
omni honore dignissimum constitueret.

I.

*Quanta sit  
Christi sa-  
piētia qua-  
tenus Deus.  
Ecclef.  
Lib. 7. de  
Trinit. c. 7.*

PRIMÒ igitur cōsidera, Christum qua-  
tenus Deus est, non modò esse sapientissi-  
mum, iuxta illud Ecclesiastici. *Fons sapien-  
tia, Verbum Dei in excelsis.* & S. Augustinum  
in lib. de Trinit. affirmantem: esse vnum  
idemque in DEO, esse & sapientem esse: ve-  
rum etiam hanc DEI sapientiam esse infi-  
nitam, vtpote per quam semetipsum & o-  
mnia quæ sunt, fuerunt, erunt, & esse pos-  
sunt, comprehendit, ita vt nihil prorsus  
eum lateat. Vnde S. Paulus ait. *Omnia nuda  
& aperta sunt oculis eius.*

*Heb. 4.*

II.

*Sapientia  
Christi qua-  
tenus Deus,  
est incom-  
prehēsi-  
lis.*

SECUNDÒ expende tecum: qualis sit  
infinita hæc DEI sapientia cognosci posse,  
discurrendo per omnes res creatas, & pon-  
derando earum ordinem, artificium &  
proportionem. Aspice igitur cœlorum  
amplitudinem & venustatem; influxuum  
eius efficaciam; planetarum varietatē; nu-  
merum & dispositionem stellarum; con-  
corderet

CONSIDERATIO I. III

cordem elementorū contrarietatem; cōtinuum fluxum & refluxum aquarum; fructuum terræ diuersitatem & vtilitatem; auium volatū; piscium natatum; ignis motū & agilitatem; ventorum fremitū & ferocitatem; maris magnitudinē & profunditatem; & super omnia artificiosā humani corporis fabricā; ingenij humani in intelligendo & ratiocinando acumen ac perspicaciā, aliāq; innumera his similia, & videbis hæc non potuisse fieri, nisi ab artifice potentissimo, magistro sapientissimo, & architecto non tantum omni instructo scientia, sed qui potius ipsa sit sapientia. Cogerisq; exclamare cum S. Paulo Apostolo: *O Altitudo diuitiarum sapientia & scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles via eius.*

Rom. 15.

TERTIO reuolue tecum, quanta fuerit Christi sapientia quatenus homo: quādoquidem in illo, teste S. Paulo, *sunt omnes thesauri sapientia & scientia absconditi*: Præfertim, cum & Isaias Propheta confirmet, super illo requieturum esse Spiritum sanctum, cum vniuersa donorum suorum plenitudine, quando ait: *Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientia & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientia & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini.*

III.

Quanta fuerit Christi sapientia quatenus homo. Colos. 2.

Isai. 11.

QVART.

IV.

Christus nouit omnia que sunt, fuerunt & erunt. 3. pars. q. 10.

18. 10.

Iac. 5.

V.

Christus vidit omnes cogitationes creaturarum ratione utentium.

Matth. 11. Christus nouit futura condicionalia.

QUARTO considera, Christum quatenus homo, sciuisse omnia præterita, præsentia & futura, quemadmodum certum est, quod indubitatum est, apud D. Thomam & alios Theologos: hoc enim congruebat qui constituendus erat iudex omnium, qualis erat Christus, de quo legitur in scriptis Apostolicis. *ipse est, qui constitutus est a DEO iudex viuorum & mortuorum*: Et alibi de seipso ait. *Pater omne iudicium dedit filio*.

QUINTO expenditecum, nullam fuisse rem naturalem aut supernaturalem, quam Christus per hanc sapientiam clare & euidenter non sciuerit, nec vllam cogitationem per hominis cuiuscunq; mentem transisse, quam melius ipso homine non nouerit. Neque tantum ea omnia, quæ aliquo tempore esse habuerunt, sciuisse: verum etiam sæpenumerò ea, quæ nunquam euentura erant, sibi cognita & explorata esse demonstrasse: vt quando de Tyro & Sydone ait: si in ea, miracula quæ in Iudæa edita fuerant, patrata fuissent, iam olim eos in sacco & cinere pœnitentiam acturos fuisse. Denique vt breuiter absoluiam, nunquam poterunt enarrari innumerabilia, quorum Christus, quatenus homo scientiam certam habuit. Idcirco Glossa in eum locum Apocalypf. *Dignus*

est Agnus, qui occisus est accipere virtutem & diuinitatem, & Sapientiam, nomine sapientiae intelligit omnium rerum cognitionem.

Sextò reuolue tecum, Christum sapientiam suam non ex hominum instructione acquisiuisse, vti patet ex illo Isaiaë prophetae loco vbi ait: *Ecce testem populis dedi eum, Ducem & praeceptorem gentibus.* Nam illum qui omnium hominù Doctòr & magister futurus erat, non decebat ab homine aliquo in scientijs instrui. Neque ex Angelorum traditione eam accepisse: quoniam illi quoque discipuli Christi sunt, non magistri eius. Vnde S. Dionysius Areopag. *Supremi inquit, Angeli ad ipsum Iesum questionem faciunt, diuiniq; illius operis, & pro nobis assumpta carnis, scientiam discunt, & eos ipse Iesus sine medio docet.* Sed omnem scientiam suã immediatè habuisse à Deo Patre, cuius instructione & traditione illam accepit: vti ipsemet in Euangelio fatetur. *Mea, inquit, doctrina, non est mea, sed eius qui misit me.* Ex quo patet excellentia scientiae Christi.

Septimò considera: Christum omnia quae sciuit, scit, & sciturus est per omnem saeculorum aeternitatem (paucis exceptis, quae per experientiam cognouit) ab instanti conceptionis suae cognita & explorata habuisse

VI.

Christus scientiam suam non hausit ab hominibus neque ab Angelis. *Isai. 55.*

*Lib. de Eccl. Hierarch.*

Christus Deum Patrem magistrum habuit. *Ioan. 7.*

VII.

Ab instanti suae conceptionis habuit Christum suam sapientiam.

H habuisse

habuisse, ideoque nunquam in anima, ut magis propriè loquar, in intellectu, ignorantiam cuiuscunque rei: nec in voluntate culpã alicuius peccati hæsit adeò ut etiam in purissimis Beatiss. Virginis MARIAE genetricis suæ visceribus existens clarè intuitus fuerit omnia que ventura erant: quæ est communis factorum Patrum doctrina, ex illis Prophetæ verbis eruta, quando ait. *Fœm circumdabit virum*: id est hominem perfectissimum, non ætate, quemadmodum Hieronymus, S. Betnard. & alij plures advertunt, sed sapientia & scientia.

Jerem. 31.

VIII.

Christus vidit Deum ab instanti conceptionis suæ.  
Athanas. orat. 4. cont. Arian.  
Cyril. lib. 1. in Ioannem. c. 21.  
Aug. tract. 3. in Ioan.  
Damasc. 3. de fid. cap. 22.  
Richard. de S. Viç. l. 2. de Emanuel c. 22.

OCTAVO expende tecum: Christus non modò omnium rerum conditarum uti demonstratum est, scientia præditus fuisse, sed etiam perfectissimam Creatoris habuisse notitiam & scientiam, non tantum quatenus per creaturas cognoscipotes, verum eo etiam modo, quo Beati in cælesti gloria eum facie ad faciem contemplantur & cognoscunt; idque in ipso instanti conceptionis suæ: uti aperte docent Sanctus Athanasius & alij. Vnde Richardus de Sancto Victore ait. *Quod nos expectamus in consummatione, illi datum est in sua conceptione.* id est, clara DEI visio: Ut propterea verissimum sit Christum in hac vita simul fuisse Comprehensio-

CONSIDERATIO I. III

prehensorem, id est, DEVM clarissimè  
 conspexisse: ideoque securè dicere po-  
 tuisse: *Scio eum id est DEVM Patrem, Ioan. 2.*  
*& sermonem eius seruo, DEVM nemo vidit Ican. 1.*  
*vnquam. Vnigenitus, qui est in sinu Patris ipse*  
*enarravit.*

NONDÒ reuolue tecum: si magno scien-  
 tiæ desiderio teneris, necessarium tibi esse  
 vt magistro huic te adiungas: nam ille est  
 vera lux oinnem hominem in hunc mun-  
 dum venientem illuminans: & verus ma-  
 gister omnium creaturarum ratione vtè-  
 tium: neq; fieri potest, vt ab illo non in-  
 struaris de rebus altissimis ac subtilissimis,  
 si scholam illius frequentare firmiter apud  
 te statueris: quemadmodum instructi fuè-  
 re D. Thomas, S. Bonauentura, & omnes  
 alij sancti: quoniam ipse est omnis scien-  
 tiæ fons & scaturigo.

IX.  
 Christus est  
 verus om-  
 niū homi-  
 num magi-  
 ster.

DECIMÒ & vltimò considera, ho-  
 minum iniustitiam, quod eum qui tam ad-  
 mirabili scientia & sapientia plenus erat,  
 non modò acerrimis tormentis subiece-  
 rint, sed etiam ignominiosa nece pere-  
 merint: quorum iniquitas tantò maior  
 est, quantò clarius infinitam illius sapien-  
 tiam & facundiam cognoscebant, dequè  
 illa obstupescerent dicebant. *Nunquam sic Ioan. 7:*  
*locutus est homo. Et alibi: Quomodo hic lite-*  
*ras scit, cum nunquam didicerit? Vnde quāto*  
 dignior

X:

dignior erat cui vita conseruaretur, on-  
 nisq̄ue honor ac veneratio deferretur, ut  
 dum vt contra omne ius & æquum, ma-  
 te contumeliosissima è medio tolleretur  
 tantò Passio illius grauior & acerbior  
 redditur. Adhæc intuere quam arcto ob-  
 ligationis vinculo ei propterea deuinctus  
 maneat; quod cum posset per sapientiam  
 suam, facile mortem euadere, pro tui  
 men amore, noluerit.

DE CHRISTI MISERICORDIA  
 & mansuetudine.

CAPVT IX.

Mansueti  
 & miseri-  
 cordes ho-  
 minibus  
 sunt ama-  
 biles.

**M**ISERICORDIA & mansuetudo  
 les quoque sunt qualitates, vt ho-  
 minem cui insunt reddant amabilem, &  
 omnibus obsequijs dignum, atque ab omni  
 iniuria immunem: quia vna benefici-  
 corda sibi deuincit: altera benignitate &  
 comitate animos hominum allicit & at-  
 trahit. Quapropter si ostenderimus eas in  
 Christo Seruatore nostro, in summo quo-  
 que gradu reperiri, facillimè, quanto per  
 omni ex parte sacratissima Passio eius ag-  
 grauetur, quodque nihil minus quam cru-  
 ciari, & tormentis subdi commeritus fue-  
 rit, patebit.

I. PRIMÒ igitur considera Christo qua-  
 tenus DEVS est conuenisse attributum mi-  
 sericor-

CONSIDERATIO I. 117

Misericordiae, quod Deo quatenus DEVS est congruit, & omnia opera manuum eius comitatur. Vnde in Psalmo dicitur. *Vniuersa via Domini misericordia & veritas: Et alibi per antonomasiam, DEVS misericors appellatur. Misericors & misericors Dominus.*

*Qualis sit misericordia Christi quatenus Deus est. Psal. 24. Psal. 102.*

SECUNDO considera: cum misericordiae officium sit exerceri in aliorum miserijs subleuandis ac tollendis: si cupis intueri qualis sit DEI misericordia, contemplare diligenter miseras, à quibus creaturas suas eximit: quomodo eas liberet à miseria nihili, producendo illas ad esse: à miseria peccati, eas iustificando: à miseria infelicitatis, gloriam illis conferendo: quomodo ad victum & vestitum necessaria illis suppeditet: quomodo ab inuisibilibus hostium insidijs ac molitionibus defendat: quomodo ignorantiae tenebras fuget: & alia complura, quae ille misericordissimè nobis praestat, sola interminata bonitate sua, nulla commodi spe, ductus & impulsus.

II. *Quod sit officium misericordiae.*

TERTIO expende tecum, qualis fuerit Christi misericordia quatenus homo, quae sane maxima & inenarrabilis extitit: quia non modò misericorditer à miserijs nos exemit: verumetiam inusitato cum affectu, nouoque & insolito modo, eas à nobis abstulit, & in se deriuauit: vt propterea optimo iure dixerit Isaias Propheta

III. *Quanta sit Christi misericordia quatenus homo.*

Isai. 53.

Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. quo euidenter ostendit se esse verè filium Patris misericordiarum quia nemo alius id facere valuisset, nisi talis Patris filius.

IV.

Christus ut magis misericors esset, nostri similis effectus est. Heb. 2.

QUARTO reuolue tecum, talem fuisse Christi misericordiam, ut quo maior esset ga nos ostenderet commiserationis affectus nobis per omnia similis effici voluerit: ut aduertit S. Paulus dicens: Debit enim per omnia, fratribus assimilari, ut misericors fieret. Idcirco mirum non est, quod necessitate alicuius intuens, extemplo commiseratione tactus fuerit, uti apud Matthaeum legimus, quod videns turbas dixerit: Miserior turba. Et apud Lucam, quod ciuitatem Naim ingrediens, & unicum filium pauperis viduae vita functum, ad sepulchram deferri conspiciens, commota fuerit visceribus eius, & viduae misertus, filium eius ad vitam reuocauerit.

Matth. 15.

Luc. 7.

V.

Christus est pater noster. Isai. 9.

QUINTO, considera, Christum non modo ut occasionem haberet, clementius tractandi, nobis ut dictum est, simile fieri voluisse, sed etiam Patrem nostrum se constituisse: nam ideo Isaias appellat eum Patrem futuri saeculi: quia clarissimum est Patrem non posse non uti misericordia in filios: & tamen si quis pater, aut quæ mater partuum uteri sui obliuisceretur, nihil:

hilominus Propheta dicente, verus hic Pa- Idem. 49.  
 ter noster, nunquam se nostri memoriam  
 depositurum, nec misericordiam à filijs  
 suis subtracturum pollicetur.

SEXTÒ expende tecum, si misericordiam **VI.**  
 velis, necessarium esse, vt eam à Christo Qui cupit  
 misericor-  
 diam à  
 Christo es  
 petere de-  
 bet.  
 flagites, & cum cæco illo Euangelico vo-  
 cifereris: *Fili David miserere mei:* quoniam  
 ipse est fons misericordiæ, atque ad illam  
 percipiendam nos inuitat, dicens: *Venite* Matth. 23.  
*ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, &* Matth. 11.  
*ego reficiam vos.* Quod si etiam non quæ-  
 rentibus & poscentibus, misericordem se  
 exhibet, qualem tibi se exhibiturus est, si  
 misericordiam, pia instantia postulaueris?  
 Cæterum recordare si à Domino accipis  
 misericordiam, decere vt ea quoq; in pro-  
 ximos vtaris, quemadmodum apud Lucã  
 ipse nos instruit, dicens: *Estote ergò miseri-* Luc. 6.  
*cordes, sicut & Pater vester misericors est.* Ca-  
 ue ne idem facias, quod malus ille seruus,  
 de quo Euangelium refert, quod postea-  
 quam à Domino totius debiti sui remissi-  
 onem confectus fuisset, exiguum conser-  
 uo suo debitum dimittere noluit: *sed te-*  
*nens suffocabat eum dicens. Redde quod de-*  
*bes.* quamobrem asperis verbis à Domino  
 suo increpari, & grauissimæ pœnæ subdi-  
 meruit.

SEPTIMÒ cõsidera, qualis fuerit Christi **VII.**  
 H 4 mansue-

Quanta fuerit Christi mansuetudo.

Matth. 11.

Zach. 9.

Matth. 21.

Isai. 61.

mansuetudo: quia is qui tam misericors erat, non poterat non esse mansuetissimus quapropter merito se nobis in speculum & exemplar mansuetudinis proposuit, quod ait: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Et Propheta Zacharias eum appellat Regem mansuetum: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus:* Et Isaias in persona Christi, propterea se speciatim ad Euangelium mansuetis predicandum missum fuisse affirmat: *Ad annuntiandum, inquit, mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, ut predicarem annunplacabilem, ut consolarem omnes lugentes.*

VIII.

Christus fuit mansuetissimus in castigando.

Luc. 9.

OCTAVO expende tecum, quam pulchre Christus innatam hanc mansuetudinem demonstravit, quando discipulis interrogantibus, gratumne haberet, ut igne de caelo iuberent descendere, qui civitatem Samaritanorum eos recipere nolitum, consumeret: respondit: *Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.* Ex multis alijs praeterea S. Scripturae locis clarissime cernitur, quam fuerit Servator noster non modo misericors in largiendo, & remunerando, sed etiam pius & mansuetus in castigando.

IX.

NONO aduerte, talem fuisse Christi liberatoris & Domini nostri misericordiam, mansuetudinem & benignitatem erga nos,

nos  
run  
ei n  
No  
tol  
sto  
Qu  
qui  
pro  
me  
qu  
Ac  
lia  
nu  
qu  
br  
fri  
gr  
in  
ho  
or  
gi  
da  
do  
no  
fu  
q  
g  
C  
R

nos, vt sacra litera, quo nobis effecta ha-  
rum virtutum apertius ostenderent varia  
ei nomina & diuersos titulos indiderint.

Varia no-  
mina & ti-  
tuli Chri-  
sti.

Nonnunquam appellant eum Agnum DEI  
tollentem peccata mundi. Aliquando Pa-  
storem, quia nos pascit ac moderatur.

Ioan. 1.  
Ioan. 10. 15.

Quandoque vitem, propter fertilitatem,  
quia sanctorum operum in nobis autor &  
productor est: Alias Lucem gentium, quia  
mentium nostrarum tenebras pellit. Est

Isai. 49.  
1. Tim. 2.  
Psal. 71.

quando eum nominant Mediatorem &  
Aduocatum, quia nos Deo Patri reconci-  
liauit. Vocatur adhuc Pluuia, propter in-  
numera beneficia & inæstimabiles gratias,  
quas incessanter supra nos effundit. Um-  
bra, quia nos in concupiscentijs nostris re-  
frigerat. Porta, quia quisquis per illam in-  
greditur, omnium bonorum vbertatem  
inuenit. Leo, propter victoriam, quam de  
hostibus nostris reportauit. Vestis, quia  
omni virtute & gratia cælesti nos conte-  
git. Lapis, quia est æternæ vitæ petra fun-  
damentalis. Donum DEI, quia est summū  
donum, quod DEVS contulit humanæ ge-  
nerationi. Arbor, propter soliditatem &  
firmitatem, sub qua tuto anima sancta re-  
quiescit. Medicus, quia vulneribus & æ-  
gritudinibus nostris curationem adhibet.  
Gallina, propter pietatem & compassionē.  
Ros, propter fecunditatem, quam efficit in

Ose. 14.  
Ioan. 10.  
Apo. 5.  
Rom. 13.  
Eccl. 26.  
Rom. 5. 8

Cant. 8.  
Isai. 61.  
Matth. 23.  
Ose. 14.  
Psal. 104.

G 5 anima-



ationem. Sal, quia imperfectionum no- <sup>4. Reg. 2.</sup>  
strarum insipiditatem condit. Aquila, quia <sup>Deut. 32.</sup>  
nos prouocat vt mente ad considera-  
tionem rerum caelestium ascendamus. <sup>Ioan. 14.</sup>  
Veritas, propter securam & veracem  
doctrinam. Via, quoniam ad caelos <sup>Ibid.</sup>  
nos deducit. Vita, quia vitam nobis im- <sup>Ibid.</sup>  
pertitur. Denique appellatur liber; in quo <sup>Psal. 39.</sup>  
omnes electi & praedestinati ad regnum  
caeleste descripti sunt. Extant & alia mul-  
ta quae e sacris literis peti potuerunt, no-  
bis fatis est pio Lectori ea leuiter indicasse,  
vt hac luce praeeunte clarius Seruatoris  
nostri misericordiam & benignitatem ag-  
noscere, atque in animo pium affectum  
& efficax desiderium, immensae, quae ei de-  
uincti sumus, obligationi respondendi suf-  
citare valeat.

DE CHRISTI IUSTITIA ET  
*Potestate iudiciaria.*

CAPVT X.

**H**Aec erit vltima circumstantiarum  
personae Christi patientis, qua con-  
siderationi huic finem faciemus: quam id-  
circo praeterire nolimus, quod & ipsa pas-  
sionem eius vehemeter aggrauet vti pau-  
lo post declarabimus: imo quisque primo  
statim respectu intelligere potest, contra  
fas & aequum fieri, quod ei, qui iustitiam  
semper

semper coluit & exercuit, aliquis iniuriam irroget: & quod Reus in iudicem suum iustissimam damnationis sententiam ferat.

Quid sit iustitia.

PORRÒ nomen hoc iustitiæ, quia late admodum patet, duplicem admittit significationem; priori significato, idem est quod Sanctitas: vnde homines Sancti iusti appellantur: posteriori, verò, eam virtutem denotat, quæ unicuique, quod suum est, tribuit. Nos, quia de priori eius significato, id est, de sanctitate, supra differimus, hic solum Christi iustitiam, quatenus secundo modo sumitur, considerabimus.

Y.

Iustitia Christi quatenus Deus.

PRIMÒ igitur considera, Christum Dominum & Servatorem nostrum, quatenus DEUS est, non solum esse iustum, sed ipsam iustitiam: quia ex diuinis attributis vnum est iustitia, iuxta illud Psalmistæ. *Iustus Dominus & iustitiam dilexit*. In quo autem diuina hæc iustitia consistat, docet S. Dionysius Areopag. quando ait: *Oportet scire diuinam iustitiam, in hoc verè existentem, veram iustitiam, quia omnibus retribuit propria secundum vniuscuiusque existentium dignitatem & vniuscuiusque naturam in propria saluatione & virtute*. Vnde aduerte quam iustus sit DEUS in bonorum actionibus remunerandis & improborum sceleribus castigandis, adèd vt nulla sit vel minima bona actio, cui debitam mercedem non

Psal. 10.

cap. 8 de diuin. nomin.

repen-

rependat: nec vllum scelus, in quod debito supplicio non animaduertat: nec vnquã vel in malorum flagitijs seuerè puniendis, vel bonis meritam gratiam reponendis, lassitudine afficiatur.

SECUNDO expende tecum, qualis fuerit Christi iustitia etiam quatenus homo: quandoquidem de illo fuit prædictum eã temporibus illius nascituram: *Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis*: atque aduentum ipsius antecessurum esse: *Iustitia ante ipsum ambulabit*. Et quanquam erga nos misericordia magis quam iustitia vsus fuit: propterea tamen existimandum non est, hanc illa minorem esse: sed potius gratiã ei à nobis referendã sunt, quod cum promereretur vt iustitiam in nos animaduertendo exerceret: maluerit, misericordia sua nos amplecti, & clementer ignoscere.

TERTIO reuolue tecum, Christum potestatem hanc hominum merita & actiones dijudicandi, accepisse à DEO Patre, iã inde ab instanti conceptionis suã, & tunc fuisse immediatum omnium creaturarum iudicem institutum. Propterea apud Ioannem ait: *Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio*. Quem locum quãuis nonnulli sanctorum Patrum intelligant de Christo quatenus DEVS, attamen è

II.  
Iustitia  
Christi qua-  
tenus  
homo.  
Psal. 71.  
Psal. 84.

Christus  
habuit iu-  
dicandi po-  
testatem ab  
instanti cõ-  
ceptionis  
suã.  
Ioan. 5.

contra-

contrariò alij non pauci eū intelligi volū  
de Christo quatenus homo: vti etiam  
cipiendus est alter ille apud S. Ioannem  
cus, vbi Christus ait. *Potestatem dedit ei iu-  
diciū facere, quia filius hominū est.*

*Ibid.*

**IV.**

Quas ob  
causas Chri-  
stus omniū  
iudex fit  
constitutus.

1.

2.

3. p. 9. 59.  
art. 2.

3.  
Lib. de ver-  
bis Dom.

e. cor. 5.

**V.**

**Q**UARTÒ considera, causas, propter  
quas cōueniebat, Christo quatenus homo  
erat, iudiciariam hanc potestatem à Deo  
Patre conferri, quarum hæ sunt præcipue  
*Prima.* quia erat caput vniuersæ Ecclesie  
ideoque congruebat vt illius quoque iu-  
dex esset. *Secunda,* vt iudiciū esset magis  
proportionatum & suaue hominibus: quod  
quemadmodum D. Thomas rectè ait: *Sic  
ut Deus per causas medias, tanquam propinquo-  
res effectibus operatur: sic iudicat per homi-  
nem Christum, vt sit suauius iudiciū homini-  
bus.* *Tertia,* quia decebat, cōfirmante S. Au-  
gustino, eos qui iudicandi erant, omnes, iu-  
dicem suum aspicere: iudicandorum autē  
cum alij probi, alij improbi sint, opus erat,  
vt Christus in iudicio omnibus se quate-  
nus homo manifestaret & conspicuū præ-  
beret: cū quatenus **DEVS** est, solis probis  
se intuendum exhibeat. Vnde S. Paul⁹ ait:  
*Omnes nos manifestari oportet ante tribunal  
Christi, vt referat vnusquisq, prout gessit in cor-  
pore suo, siue bonum, siue malum.*

**Q**UINTÒ expende tecum, Christi po-  
testatem iudiciariam non modò ad homi-  
nes

res eorumque actiones, verumetiam ad Angelos, se extendere: quemadmodum nonnulli sanctorum Patrum asserunt, & ex S. Paulo eruitur, quando ait: *Nescitis quoniam Angelos iudicabimus?* Nam si homines sancti, auctoritate à Christo accepta, potestatem habituri sunt Angelicos spiritus diiudicandi, quanto magis Christus eadem prae- ditus erit potestate.

Christus est  
etiā iudex  
Angelorū.

1. Cor. 6.

SEXTO considera, Christum iudicia- riam hanc potestatem iuste promeruisse, per illam praecipue subiectionem, qua cum esset ab omni foro & iudicio creato exem- ptus, iudicio & tribunali Pilati, Annæ, & Caiphæ, se submitit: quamobrem de se- metipso ait: *Ego vici & sedi cum Patre meo in throno eius.* id est, in throno iudiciariae potestatis.

VI

Qua potissi-  
mum actio-  
ne Christus  
promerue-  
rit iudicia-  
riam pote-  
statem.

Apost. 3.

SEPTIMO reuolue tecum, quod cum Christus, uti demonstratum est, eximiam hanc potestatem ab instanti conceptionis suae haberet, attamen nunquam ea dum in terra inter homines viueret, uti voluerit, ut re- linqueret nobis viuū humilitatis & simi- lis dignitatis non ambiendae exemplum: nam ideo apud Lucam rogatus ut de lite quadam inter duos fratres suam ferret sententiam, recusauit, affirmans se non esse constitutum eorum iudicem: quod ita intelligendum est, quasi dixerit: se

VII.

Christus de  
inter homi-  
nes vixit,  
nunquam  
vltus fuit  
hac potesta-  
te.

Luc. 12.

se actu iudiciali vti nolle.

## VIII.

Quantum a futura sit crucifixorum Christi confusio in die iudicij.

Sap. 2.

Zach. 12.

OCTAVO expende tecum, confusio-  
nem, qua perfundentur, qui Christum  
iniuste ad mortem ignominiosissimam  
iuxta illud, *Morte turpissima condemnatum*,  
*eum*, condemnarunt, quando ab illo ipso  
in quem mortis sententiam dictarunt, se  
iudicari cernent: & illum quem in crucem  
egerunt, intueri cogentur: quemadmo-  
dum Christus per Zachariam ait. *Aspicietis*  
*ad me quem confixerunt*. Idque eò amplius,  
quò clarius cognoscent, ideò hanc potesta-  
tem ei collatam esse, vt ab omnibus hono-  
retur, vti Christus indicauit, quando in-  
quit. *Pater enim iudicium dedit Filio, vt om-  
nes honorificent Filium sicut honorificant Pa-  
trem*.

Joan. 5.

## IX.

Christus il-  
libenter in  
hominem  
exercet iu-  
diciariam  
potestatem.

NONO & postremò, ex supradictis con-  
ijce, quantoperè displiciat DEO, propter  
amorem, quo te complectitur, quod iudi-  
ciariam potestatem in te exerciturus sit,  
in mortis articulo, & in tremendo vniuer-  
sali iudicij die: quia vt omnem occasio-  
nem te iudicandi & propter scelera tua cõ-  
demnandi effugeret, voluit semetipsum ea  
per modum suspensionis, ante tribunal  
Pilati priuare. Veruntamen væ tibi, si il-  
lum non agnoueris, neque susceperis, sed  
in sceleribus tuis perseueraris. Væ quoque  
tibi, si necessarium fuerit, ad maiorem tuã  
con-

CONSIDERATIO II. 125

confusionem, illa hora tibi exprobrare,  
quanta sustinuerit & passus fuerit Chri-  
stus tua causa: & in conspectu & præsen-  
tia omnium hominum tibi summa cum  
erubescencia ostendere, quam flocci fe-  
ceris Christi contumelias & infamias, tor-  
menta & sanguinis preciosissimi effusio-  
nes, acerbissimam & crudelissimam mor-  
tem pro te ingratissimo perlatam. Non e-  
rit tunc opus ferre sententiã, tu ipse eris Iu-  
dex, tu Accusator, tu Reus: conscientia  
tua te accusabit, ipsa te iudica-  
bit, ipsa denique te  
condemnabit.

(..)

I

CONSI-